

tere angelum, & dare faciem suam
comitem, Ex. 23. 20. e. 34. 14. Nec
obstat, quod *Angeli*, in plurali, dicun-
tur Act. 7. 53. Aliter enim hic angelos
intelligi oportet, quam Angelum
illum federis *suprà* v. 30. 35. 38. in sin-
gulari. Nempe *Mosen & Aaronem &*
prophetas ac sacerdotes pios subse-
quentes, arg. *Malach. 2. 7. Apoc. 1. 20. c.*
2. 1. etc. sive solos sive complexè, cum
vero *Michaële*, & Principe angelo
federis, *Ap. 12. 7.* Quanquam præci-
puè alludi videtur ad *Angelum præcur-*
sorem Angeli principis; videlicet *Joh-*
annem, & illius porrò adjuutores: *ar.*
Matth. 11. 10. Mal. 3. 1. unde congruen-
ter, εἰς διαταγὰς potiùs dixit, quasi
futuras ad institutionem pleniorè & salu-
tificam, quàm ἐν διαταγῇ quasi præ-
sente jam & perfectâ. Conf. *Matt. 11. 13.*
Ioh. 4. 25. Act. 7. 37. &c.

2. An per sessionem ad dextram Dei, com-
municetur humanitati omnipotentia, o-

G 2

omnia